

gatum, Palatii, mobilium, & gemmarum sensu restrin- gere ad merum usum, seu utrumque nam aliis unico verbo potuisset explicare, sive abolvere universale lega- tum argum. Text. in l. unica §. fin. autem ad deficient. Cod. de caduc. tollen. quo in similibus terminis utuntur Honded. conf. 91. n. 23. & seq. lib. 1. Tondut. resol. civil. 87. num. 7. Rot. dec. 162. n. 3. par. 2. rec.

Quarto demum, quia Testator enixè prospexit conser- vationi bonorum in familia, & agnatione Ruspoli, itaque hac de causa demandaverit annuas præstationes per ipsum relictas solvi ex fructibus, non autem ex substantia bono- rum fideicommissiorum, & fructus solutis annuis præ- stationibus superextantibus quotannis investiti, & cumulati favore successoris de domo Ruspoli, ut latè dictum fuit in d. Romana Trebellianica, §. Quarta, & duobus sequen- tibus coram me, ac propterea redditur inverisimile, quod voluerit Palatium, mobilia, & gemmas, quæ constituunt non exiguum partem sue hereditatis, & signanter ipsum palatium, in cuius ampliationem, & ornamentum plura scutorum millia erogavit, ac super quo post conditum Te- stamentum infracta fecit nomen Bartholomæi Ruspoli, ab hereditate Ruspoli separare & relinquere hæredibus ex- traneis, prout in proximis terminis ad effectum arguendi Fideicommissum ponderant Peregr. de fideic. art. 40. n. 33. Mantie. de tacit. lib. 25. tit. 4. in fin. Fular. de substit. q. 530. n. 90. Rot. dec. 20. n. 11. 12. par. 19. rec. maxime quia respec- tu Palatii certò constat de voluntate Testatoris relin- quendi solam habitationem, sed fructuonem ex eo, quod ipse cogitavit, casum, quo sibi filii nascerentur, iussit, D. Marchionisfam inhabitare Palatium unà cum filiis, vel nolentem cum illis cohabitare, consequi pensionem alterius Palatii ad ejus electionem. Et sic eodem modo dicendum etiam respectu aliarum rerum comprehensarum sub eadem oratione, ut advertit Honded. conf. 91. ex n. 11. usque ad 23. lib. 1.

Nec vitium fuit ob stare objectum, quod forsan posset: in oppositum excitari, quod videlicet pastor legatum exorsus fuerit ab illis verbis, ibi: diu in ogni miglior modo, e con ogni miglior titolo, che posso, e con ogni pievezza di ragione lascio, ordino, e voglio &c. Tum quia illa immediate co- hærent legato dotis, & quarti Dotalis, tum etiam quia rectè intelligi possunt, ac debent secundum naturam sub- jectæ materiæ usufructus, ita ut importent ejus concessio- nem sine diminutione, & contradictione, ut de simili- bus verbis plenum & integrum tradunt Mazzol. conf. 28. per tot. lib. 1. Castill. de usufruct. c. 30. n. 56. in fin. Et ita utraque &c.

R. P. D. URSINO.

Urbeveta Pecuniaria.

Merc. 5. Decembris 1691.

ARGUMENTUM.

Pro legato licet Rota non admittat viam executivam, at- tamen illam admittit si agatur de confessione debiti in Testamento emissa. Præscriptio contra legatum non currit nisi si die aditæ hereditatis concurrente tamen scientia in eodem legatario, & bona fide in Herede. Confessio debiti facta in Testamento cum specifica ex- pressionem causæ, & circumstantiarum habetur pro ve- ra, & legitima probatione crediti juxta casum Disc. VII. de legat. Card. de Luca.

SUMMARIUM.

- 1 PRO legato Rota non concedit processum executivum.
- 2 Legatum factum favore creditoris importat debiti confessionem si ad se expressio causæ cum specifica declaracione summe, & cum omnibus facti circumstantiis.
- 3 Pro legato & debito in Testamento confessato non oritur actio nisi si die aditæ hereditatis.
- 4 Et idè a die incipit præscriptio.
- 5 Licet tamen ab eadem die incipiat præscriptio exigitur ad præscriptionem inducendam scientia legatarii.
- 6 Legatarius non præsumitur habuisse scientiam legati si fuerit absens.

- 7 Creditori adversus præscriptionem longissimi temporis datur restitutio integrum ex capite ignorantie.
- 8 Heres qui est in mala fide legatum non præscribit.
- 9 Mala fides Auctoris transit in heredem.
- 10 Præscriptio viæ executivæ eisdem modis, & formis in- terrumpitur, sicut aliæ præscriptiones, & pari pas- su procedit.

DECISIO V.

Comes Joannes Baptista Clementinus utens facultate testandi de scut. 1500. sibi reservata in universalium omnium bonorum donatione stipulata ad favorem Catharinæ de anno 1658. in Codicillis Ferrariæ conditis inunxit Catharinæ donatarie, ut ex dictis scutis 1500. solveret, & exburset Leonardò Sabbathino sc. 848. pro totidem quæ ipse Codicillis exegerat Ferrariæ ab Alarico Hebræo ad effectum solvendi eidem Sabbathino, quæque tamen nunquam perolverat, ut Summ. Actoris num. 1. In executione hujusce dispositionis dicti Leonardus nonnisi nuper de anno scilicet 1688. egit pro consequutione dictorum feutorum 848. judicio instructo coram Vicario Generali Curie Episcopalis Urbevetae adversus Comes de Clementinis hæredes mediatis dictæ Catharinæ, atque mandatum obtinuit, sed interjecta appellacione ex parte Praetoratum hæredum, & causa delata ad Curiam, A. C. Tau- rusius dictum mandatum de partibus ex capite nullitatis revocavit, aliudque ex integro, & prout in prima relaxa- vit adversus bona hereditaria Joan. Baptistæ donantis; A quo itidem provocantes Comes de Clementinis Signatu- ra Justitiæ impetrarunt commisionem causæ in gradu ap- pellacionis mihi directam cum clausula si quid exequendum, ad cuius rescripti limites dato de more dubio; An manda- tum A. C. sit exequendum, Domini illud hodiè recognos- centes validum ex revocatione adorum, & iustum ex publico, ac solemnè Instrumento Codicillorum non hasi- tantes hodiè responderunt executioni esse demandandam pro dicta quantitate scut. 848. Non quidem tamquam legatum, pro quo Rota rejecta opinione Angeli in §. Illud Auth. de hered. & falcid. non concedit processum execu- tivum, juxta illius in veteratum stylium, de quo testatur Zacc. de obligat. Camerali qu. 118. num. 22. Arguend. decif. 90. n. 39. & Rota decif. 513. nu. 1. & seqq. par. 13. & decif. 651. n. 2. par. 18. rec. sed tamquam debita vigore confessio- nis à Testatore in codicillis emissæ, quæ licet aliquando resolvarur in simplex legatum, quando scilicet aliunde de debito non appareat, & agitur cum Creditoribus sive Ter- tiis; In casu tamen præsentis in quo lis est, cum hæredibus Contentis remanet in terminis puræ recognitionis debiti, illudque plene probat adversus eisdem, maxime cum facta fuerit non incidenter, & per modum legandi, sed cum expressione causæ, cum specifica declaratione summe, & cum omnibus facti circumstantiis, ut distinguendo casus optime firmant Angel. de consens. lib. 2. q. 4. nu. 3. & seqq. Card. de Luca de legat. disc. 7. nu. 6. & Rota post Salgad. in labyrinth. credit. disc. 20. n. 13. 14.

Nec solutio dicti crediti evitari potest unica exceptione præscriptionis ob lapsum triginta annorum, qui effluxisse dicuntur à die Codicillorum conditorum de anno 1658. us- que ad diem judicialis petitionis sequentæ de anno 1688. Etenim nullum ex requisitis de jure necessariis ad indicen- dam tricenariam præscriptionem in præsentis probatur: Non quidem lapsus triginta annorum, quia tempus non incipit currere à die 3. Januarii 1678. quo conditi fuerunt Codicilli, sed post obitum Testatoris à die aditæ heredi- tatis, cum ab eo tempore, & non antea oritur actio ad petendum legatum, seu debitum in Testamento confessiona- tum ad Text. in §. nemo ff. de regul. jur. l. ex Testamento C. de fideicomm. Camerell. de legat. lib. 15. c. 1. n. 3. & Rot. decif. 603. n. 19. 20. cor. Bichio; Ideoque à die aditæ heredita- tis Comes de Clementinis, qui in præscriptione se fun- dant tenentur probare lapsum 30. annorum.

Multoque minus probatur scientia crediti, sive legati in Creditor, sed Legatario, nec illius exinde promanans negligentia petendi (quod est alterum requisitum præscri- ptionis) sed attenda absentia Leonardii à Civitate Ferrariæ, ubi pecunia ad ipsum spectans à Testatore exacta fuerunt, & deinde conditi Codicilli, vehementer potius exinde in- surgit præsumptio, seu verisimilitudo probabilis ignorantie ad Text. in l. cum in longe C. de præscript. long. tempore & tradit

DECISIO VI.

tradit Odd. de restit. in integrum par. 1. q. 38. art. 1. nu. 20. Cephal. conf. 304. n. 219. & Rota cor. Pamphil. decif. 680. n. 14. Ex cuius capite Creditori datur restitutio in integrum adversus præscriptionem 30. vel 40. annorum, juxta mag- nis communem opinionem, quam tenent Bald. in trad. de præscript. par. 3. punct. 3. princip. qu. 13. n. 9. Tiraquell. in l. si unquam verbo Revocatur nu. 39. 1. C. de revocand. donat. late Sprell. decif. 135. num. 140. & seqq. Palma allegat. 2. n. 22. & seqq. Card. de Luca de emphiteusif. disc. 4. n. 11. 12. & Rota decif. 1. de in integrum restit. cor. Mohedano, & dec. 39. lib. 2. par. 3. divers. & decif. 69. post Pacific. de Sal- vian. decif. 425. in fine, coram Gregorio, & decif. 472. n. 3. cor. Peusingero.

Uterius debet bona fides hæredis principaliter requisi- ta ad præscriptionem; Nam cum Comes Jo. Baptista in Codicillis factus fuerit debitum ad favorem Sabbathini, & quidem expressa causa unde proveniebat, & uno eodem- que contextu inunxit Catharinæ donatarie, & hæredi illius satisfacionem, exinde incontinenti ortu fuit mala fides hæredis, quæ omnem impedit successivam præscri- ptionem, ad Text. in cap. perenit de censibus, Cephal. conf. 40. n. 18. lib. 1. & Rota decif. 232. n. 3. p. 4. tom. 2. de- cif. 513. n. 10. p. 4. tom. 3. & dec. 191. n. 16. p. 7. rec.

Et transit in hærede hæredis, quales sunt Comes de Clementinis, ex firmatis per Rot. decif. 249. nu. 6. coram Gregor. & alibi passim.

Exclusa itaque ex his trigeneraria præscriptione quoad creditum, ex eisdem quoque remanet exclusa quoad viam executivam, cum illius præscriptio eisdem modis, & for- mis interrupturum, ac aliæ præscriptiones, & pari pas- su procedat, ut bene firmat Rota in Romana Censu 4. Ja- nuarii 1686. §. Prox. non deficit cor. bon. mem. Card. Mar- theajo, & in Fulginianæ pecuniaria 10. Decembris 1688. §. finali cor. R. P. D. Caccia, ubi allegantur Concordan.

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. URSINO.

Urbeveta Pecuniaria.

Lun. 21. Aprilis 1692.

Argumentum in antecedenti decisione reperitur.

SUMMARIUM.

- 1 Rota in casu legatarum ordinariè procedit.
- 2 Etiam si causa fuerit commissa per signaturam cum clausula si quid exequendum.
- 3 Præscriptio viæ executivæ ex solo lapsu temporis inducit contra Creditorem etiam ignorantem, & favore Debitoris etiam in mala fide constituit.
- 4 Si fuerit causa ordinariè incerta, & etiam in secunda instantia prosecuta quocumque via executiva con- fessor vulnerata.
- 5 Confessio debiti emissa in Testamento paratam habet executionem, & n. 6.
- 7 Confessio debiti facta in Testamento non sufficit ad proba- tionem debiti, sed magis confert ad petitionem lega- ti, quando idem debitum aliunde non probatur.
- 8 Conclusio vera est quando agitur cum Tertio de eorum præjudicio, præterquam filio pro legitima, vel cum suc- cessoribus in fideicommissis, vel cum aliis similibus cau- sam non habentibus a consentiente; secus si agatur cum Herede.
- 9 Solvuntur de casu Heredi concessus confessionem De- functi revocare si illam concludenter errantem probaverit.
- 10 Pro substituendo legato in vim confessionis debiti levia sufficitur administratio.
- 11 Heres ut consensu valeat retentionem pro ejus creditis debet prius reddere rationem.
- 12 Via executiva non remanet vulnerata si Judex per sententiam pronunciarit ubi Ador petit mandatum executivum, & judicium constituit executivum.
- 13 Judex si in secunda instantia revocaverit mandatum tanquam nullum relaxatum, & novum concesserit non dicitur vulnerata viam executivam.

Ad audientiam admitti Comites de Clementinis ad- versus decisionem cor. me eis non informantibus edi- tam sub die 5. Decembris proxime præteriti non impugna- bant hodie veritatem, & substantiam debiti scut. 848. pro quo decreta fuit executio mandati ab A. C. relaxati ad fa- vorem Leonardii Sabbathini, sed omnino incongruentem pro consequutione earumdem pecuniarum contendebant esse intentatam remedium exequutivum, ex triplici quidem fundamento. Primo quia cum hujusmodi creditum aliunde non probetur, quam ex confessione Com. Jo. Baptistæ Clementini mediati eorum Auctoris emissa in ultimis Codicillis per ipsum conditis, afferebant illud tamquam tale non deberi, sed resolvi in simplex legatum, pro quo no- strum Tribunal ex inconcussio illius stylo viam exequuti- vam non dat, quando, prout hic, ex integro petitur execu- tio mandati A. C. sed tantum illius iustitiam canoniza- zat, & ordinariè procedit, ut testatur ipsamet Rota in dec. 597. n. 1. cor. Dunoz. Jan. & in dec. 651. n. 3. p. 18. rec. cum aliis approbatae relatis in priori huius Cause decif. §. 1. Etiam si causa fuerit commissa per Signaturam cum clausu- la. Si quid exequendum, nisi capta sic executio, ut clausu- rum fuit in particulari Congregat. Rotali habita sub die 13. Julii 1683. in Domo bon. mem. Albergati Decani ab omnibus Dominis ad hunc tantum effectum congregatis.

Secundo quia eadem via executiva, quatenus etiam competeret, fuit adhuc præscripta ex trigenerario temporis cursu à die Codicillorum effluxu usque ad diem judicialis petitionis, neque illius præscriptio, sublata remanet ex ignorantia Creditoris, seu mala fide debitoris, prout in- terrumpuntur cæteræ præscriptiones Crediti, sive peticio- nis, cum ex solo lapsu temporis inducatur etiam contra ignorantes, & hæredes creditoris ad favorem debitoris etiam male fidei, quemadmodum distinguunt præscriptio- nem crediti, sive actionis à prescriptione viæ executivæ firmat Card. de Luca de credit. disc. 117. numer. 4. & seqq. Carleval. de judic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. nu. 2. & seqq. Magon. decif. Florent. 121. n. 1. & seqq. Rota coram Achille de Grass. dec. 5. n. 1. in fine, & dec. 96. n. 5. p. 15. rec.

Et tertio demum quia omnino incompetens dederit in- tentatum remedium executivum ex Judiciali ordine, tam servato in Partibus cor. Vicario Urbevetao Judice prio- ris instantiæ, qui ad mandati relaxationem processit per sententiam, Christi nomine invocata, quam hic in Gu- ria cor. A. C. Thaurufo, qui mandatum d. Judicialis revo- cavit, aliudque ex integro concessit, prout in prima; Adeoque cum per priorem sententiam de Partibus ceptam fuerit iudicium Ordinarium, illudque continuatum in se- cunda instantia mediante processu per viam revocationis, causa dicitur effecta Ordinaria, & vulnerata quocumque via executiva si quæ ab initio competisset juxta firmata per Rotam decif. 78. num. 1. in fine, & seqq. coram Coccin. 4. decif. 241. post Zacc. de oblig. Camer. & decif. 257. num. 1. post Cenc. de censib. ac alibi passim.

At his minime obstantibus constans fuit Dominorum sententia pro executione mandati, cui fundamentum præbui, in controversia substantia crediti, & non controvertenda competentia viæ executivæ, quæ rursus apparuit, debita attenda confessione debiti, cum expressione certæ sum- mæ per Testatorem emissa in eius ultimis Codicillis, qua cum habeat vim judiciali paratam habet executionem juxta Text. in l. 1. C. de consens. & l. 1. & l. 2. de legat. 6. ff. cod. & l. post rem 56. ff. de re judic. & l. prout de §. Notandum ff. ad leg. Aquil. & tradit Gallef. ad Zacc. de oblig. Camer. q. 2. nu. 12. & in terminis confessionis debiti emissæ, in Testamento, 6 Rota post eundem Zacc. dec. 187. n. 27.

Nec processus executivus exinde competens tollitur ex priori opposicione, quia etsi vera sit in jure conclusio, quod confessio in Testamento facta regulariter non sufficiat ad probationem debiti, sed magis confert ad petitionem lega- ti, quando idem debitum aliunde non probatur ad Text. in l. Lucius §. Quisquis ff. de legat. 2. & in l. qui Uxor ff. de aur. & arg. leg. Cuman. conf. 31. & 61. utrobique in princ. Ang. de consens. lib. 2. q. 4. num. 1. & seqq. Rub. de valid. leg. cap. 8. n. 94. Surd. decif. 250. n. 1. & seqq. & actam nova, & re- cepta est etiam distinctio, quod ea procedat quoties agitur cum Tertio de eorum interesse, seu præjudicio puta cum filiis

DECISIO VIII.

Decisum fuerat cor. me sub die 18. Martii 1695. competere Constantia de Lemmis retentionem prædii...

Insubstantia autem detractionum, five legalium, five accidentalium respicientium legitimam Elisabethæ in bonis filii, & respectivè crediti Astorgii resultat ex legato...

Admittit Decisio, quæ revidetur, veritatem hujus conclusionis, sed illius inapplicabilitatem supponit ex defectu acceptationis, quæ, ubicumque agitur de Legato, cujus emolumentum incertum est, an potius ferat lucrum, vel damnum...

Verum acceptatio prædicta quoad Elisabetham hodie ex facta melius dilucidato visa est indubitanter emergere, non solum ex subscriptione Inventarii, quæ licet recognita non fuerit, de falsitate suspecta dici non potest, tum ob antiquitatem scripturæ, quæ cum septuaginta, & ultra abhinc annis fuerit exarata recognitione non indiget...

Nec sufficiens titulus Dominis videri potuit, qui allegabatur ex prætenso jure legitimæ Accursii alterius filii, & respectivè Ludovici fratris, quia cum Elisabethæ talis legitima esset indebita, tum ex dispositione Statuti Bononiæ sub Rubric. de success. ab intestat. ascend. & collateral. lib. 4. de herentis legitimam matri in usufructu, & dummodo non transferat ad secunda vota, ad quæ Elisabethæ tempore obitus filii jam convolverat, tum ex dispositione Testamentaria Joannis Antonii patris, & respectivè conjugis, qui cum pupillariter filios recipere substituerit, matrem exclusisse censetur à luctuosa eorumdem hæreditate, juxta Theor. cam desumptam ex Textu in c. Si pater de Testam. communiter à Doctoribus, & à nostro Tribunali receptam, Caren. resol. 78. num. 8. 9. Bonden. colluctation. legal. 47. sub n. 7. lib. 1. Reverendissimus Rocca disput. jur. select. c. 5. n. 18. Peregr. de fideicommissi. art. 34.

mun. 29. Merlin. de legitim. lib. 3. tit. 2. qu. 14. nu. 8. Fufar. de substit. qu. 156. num. 1. & seqq. Rota coram Mantu. decis. 363. per tot. Buratt. dec. 84. nu. 1. in recent. decis. 120. nu. 1. par. 7. in Perusina de Floribus 10. Maii 1690. §. super portione, vestis. Minus competi. coram R. P. D. meo Ursino, & in Arimin. Bonorum 16. Maii 1692. §. Absque eo quod cor. R. P. D. meo Moliner.

Minusque resistentem replicatione, quod Ludovicus, cum legaverit matri medietatem usufructuum suorum bonorum, tam pro legitima, quam pro alia quacumque causa, voluerit illam reintegrare ad jus legitime, quia supposita ex premissis illius exclusionis capere non poterit, nisi id, quod ei filius reliquit, cum dicatur tantum agnita, seu instituta; ut quilibet extraneus, ut in his terminis advertit Rota Bononiens. Diversorum decis. 12. numer. 2. 4. & 5. & in omnem casum cessare visa est quælibet difficultas ex declaratione ipsiusmet Elisabethæ, quæ hanc veritatem agnoscendo ad tollenda quæcumque jurgia, & quæstiones, quæ fortasse super hoc imposterum suboriri potuissent adversus Josephum Ludovicum hæredem gravatum in ultimo, sub quo decessit, elogio, eundem ab omni prætenso jure in bonis de Gargantiis plenissimè abolivit, & liberavit, Summ. Adricum n. 6. lib. 1. Siccome lega, & lascia ogni qualunque altra pretesione di ragione, che potesse pretendere l'infra scritto herede per qualsivoglia avanzo, o altra cosa tacita, & espressa, che potesse pretendere nelle ragioni, & beni della Signori Garganti per qualsivoglia Legittima, & bona per all' hora assolve, & libera il suddito Gioseppo da tutto quello, che potesse pretendere detta Sig. Testatrice, o suo herede. Quæ sanè verba, cum clarissima sint nullam partem posse videntur obliquam interpretationem, potissimum, quia agitur de inducenda liberatione, quo casu, etiamsi essent turbida, quælibet favorabilior interpretatio fieri debet, ad text. in leg. Arrian. ff. de adion. & obligat. Gem. Spin. conf. 71. n. 28. Valenzuol. conf. 8. n. 18. Salgad. in labyrinth. creditor. p. 2. cap. 9. n. 115. Manf. consil. 455. n. 18.

Comprobata ex his acceptatione respectu Elisabethæ, ista facilis induci visa est quoad Astorgium possessione domus à Ludovico legatæ, & dispositione ejusdem favore hæredum in ultimis tabulis facta; Nec d. possessio referri potuit ad titulum condominii, vel crediti, ut supponitur in precedenti contraria Decisione. Non quidem ad titulum Condominii, ex quo Domus esset communis inter ipsum, & Ludovicum Legatam, siquidem hodie in facto ostensum fuit, partem Domus Astorgio legatam fuisse acquisitam à solo Joanne Antonio Patre Ludovici. Unde dum postea Astorgius hanc eandem partem retinuit, & ulterius de illa in Testamento disposuit, utique non ex alio titulo, quam Legati prædicti potuit eandem retinere, & ad hæredes transmutare.

Et quoque minus applicabilis est titulus Creditorum in pluribus partibus in dicta Decisione recensitus §. Plures sanè, & duobus sequentibus. Etenim (quidvis fit de illorum subsistentia, quam acriter impugnabant scribentes pro Ardicibus, eandem fingillatim examinando) satisfacta unica responso, quod Ludovicus erat potius Creditor, quam Debitor Astorgii, ut resultat non solum ex Inventario bonorum Joannis Antonii, sed fortius ex libris tutelaribus ejusdem Ludovici ab Astorgio recognitis, & cor. Judice approbatis, in quibus ipse Astorgius se subscriperat Debitorem in considerabili summa, d. Summario num. 7. 9. & duobus sequentibus, quæ sanè credita cum sint posteriora, ad evidenciam ostendunt, vel quod credita anteriora hodie ab ejus hæredibus adducta sint in subsistentia, vel quod fuerint satisfacta in vita Joannis Antonii, aliàs enim nec Astorgius fuisset subscripser Debitor, nec ipse tale debitum absque ulla præservativa sui crediti anterioris solemniter agnovisset, juxta doctrinam Jason. in leg. Siquidem num. 3. Cod. de transactio. Mour. de solution. capit. 4. num. 19. Andreol. contravers. 57. num. 13. Cyriac. contravers. 280. num. 15. Rota decisio. 239. num. 3. part. 4. & decis. 379. num. 15. part. 17. recentior. & in Romana Fideicommissi 2. Maii 1695. §. Absque eo quod in fine, coram R. P. D. meo Mura. Indeque cum Legatum appareret unicumque loco, & ex eodem ultra Domum reportaretur etiam liberationem à debitis meo enunciatis, ad minus requirebatur positiva, & specifica acceptatio, sed sola scientia cum retentione rei legatæ inducit compensationem, cum quolibet prætenso jure, quod fit inferius emolumento relicto, Decian. in leg. Traditionibus, numer. 15. Codic. de pactis, Rota

Rota coram Peuting. decis. 378. num. 3. coram Priol. dec. 298. n. 8. & coram Duvozzi. Jun. decis. 1. n. 10. Et ita utraque &c.

R. P. D. P. I. O.

Bononiens. Fideicommissi de Gargantiis.

Mercur. 4. Junii 1696.

ARGUMENTUM.

In precedenti reperitur decisione.

SUMMARIUM.

- 1. Recognitio exigitur in scripturis metam centum annorum non excedentibus, vide num. seq.
2. Ut scriptura non indigeat recognitione sufficit illius antiquitas in annis 70.
3. Et lapsus d. temporis exuberat, quod verificetur de tempore oppositionis.
4. Scriptura que est adminiculis fulcita absque recognitione probat, licet elapsum non sit congruum tempus ad illius inducendam antiquitatem, & n. 5.
6. Legatarius acceptando legatum pro omni, & toto eo quod pretendere poterat relictum creditum legitime deducere nequit.
7. Interveniens in actu pro solemnitate non præjudicat quoad propria jura.
8. Potest quis se Debitorem constituere absque quod creditum remitteret.
9. Præfata non procedunt quando actus continet exadlam adnotationem omnium partitarum tam creditum, quam debitum respicientium.

DECISIO IX.

Agnoscentes Domini in hodierna Causa repropotione de cionem coram me emanatam sub die 26. Martii proximi præteriti alterius pariter à me editæ sub die 18. Martii superioris anni revocatoriam pro illius confirmatione respondere non dubitarunt.

Subsistere namque visa fuit non minus expressa acceptatio legati per Ludovicum facti favore Elisabethæ Matris, quam evidens utilitas alterius Astorgio Patruo relicti pro omni, & toto eo, quod uterque ex quacumque causa si velle legitimæ, si velle Creditorum pretendere potuissent in bonis legantis, ideoque ex facto inapplicabilem reddi theoriam in prima Decisione firmatam, quod nempe ubi in incerto versatur, an legatum sit legatario utile, vel damnosum, quiritur specifica acceptatio, dum in proposito casu de acceptatione, & respectivè de utilitate constabat.

Et quidem positiva acceptatio legati per Elisabetham facta indubie apparuit tum ex solemnæ ad subscriptionis Inventarii, tum ex locatione Prædii hæreditarii ipsius Ludovici sub expressione Instrumenti divisionis in itæ inter Ludovicum, & Astorgium vigore cujus Prædium Ludovicum possidebat, non obstante, quod iterum objiceretur defectus recognitionis, quæ necessaria dicebatur in scripturis metam centum annorum non excedentibus ex autoritate Rota coram Puteo dec. 151. lib. 1. & cor. Coccin. dec. 1454. per tot. Et respectivè, quod enunciativa præfata sit solum demonstrativa Prædii, quod Elisabeth locabat, super quo tanquam de bonis filii sibi legitima debebatur.

Etenim, quoad primum obiectum placuit responso aliàs tradita, nempe veriorum sententiam esse, ubi non dubitatur de legalitate Instrumenti, in quibus terminis advertent Informantes procedere decisiones in obiecto adductas, sed solum agitur de recognitione characteris partium exaratis in eodem Instrumento de fe legali, & in forma probanti ad evitandum illius recognitionem sufficere lapsum annorum 70. ut ommissis cæteris in postrema mea Decisione adductis §. Verum acceptatio, optime distinguit Peuting. dec. 54. à n. 5. ad seqq. & decis. 63. num. 1. & seqq. quamvis spectato litis initio 70. anni minime superesse viderentur, quia sufficit illorum lapsum verificari de tempore oppositionis, ad tradita per Rotam coram Puteo decis.

349. l. 2. coram Seraph. d. 928. n. 1. in fine, & seqq. cor. Peuting. cit. dec. 54. n. 6. & dec. 63. n. 1. concurrentibus potissimum efficacissimis adminiculis in præceteri deimpres, tum ex observantia Inventarii nunquam impugnat, tum ex eo, quod subscriptionis ejusdem una cum secundo marito Elisabethæ intervenierit tres respectabiles Viri, adeo ut unum fuerit impossibile, quomodo, & quidem nobilis in unum convenisse ad perpetrandum actum falsum; Ex his enim nemum suppletur deficientia temporis, ut advertitur in ipsamet dec. 1454. n. 45. & cor. Coc. sed insuper eliditur quælibet præsumptio falsitatis, quæ ex aliis circumstantiis in contrarium adductis suboriri potuisset, ut promittit tradunt. Surd. conf. 132. num. 20. Bccc. conf. 78. nu. 21. & seqq. Concil. alleg. 91. n. 30. Foller. in præx. crim. in verbo lit. qui falsitatem commisit n. 9. & 49. Thom. dec. 50. nu. 14. Rota cor. Pamphil. dec. 68. n. 8. & dec. 185. n. 12. p. 13. 170.

Alterum verò obiectum, quo evitari contendeatur secundum acceptationis caput ex eo, quod enunciativa præfata divisionis fuerit per Elisabetham solummodo opposita pro demonstratione Prædii, quod ipsa locabat denuo cessare competum fuit; Siquidem talis demonstratio satis super; apparebat ex expositione nominis, & consensum ejusdem, ac proinde necessario dici debet; quod per illam designare voluerit titulum suæ possessionis unice referre à legato sibi per Ludovicum filium relicto pro omni, & toto eo, quod in ejus bonis præterire potuisset, potissimum quia scribentes agnita vi responsonum plenè in d. mea decisione extensarum §. nec sufficiens titulus, & §. minusque restitit, pro causâ dictæ possessionis amplius non allegarent præfata legitimum ex persona Accursii alterius filii, & respectivè fratris Ludovici in pupillari ætate defuncti, sed ad effectum obtinendi retentionem Prædii in communi Calderariz, & Lungariz solum insisterent super titulo legitimæ ex persona ipsius Ludovici, quæ tamen per acceptationem legati fuit plenè satisfacta, ut probat eademmet postrema mea decisio §. Insubstantia, & ultra ibi adductos firmant Mantie. de consuet. lib. 10. tit. 2. sub nu. 17. Pallot. Neapolit. alleg. 197. n. 2. quæ omnia magis expressè confirmavit Elisabeth, dum in ipsius Tabulis plenissimè liberavit hæredem Ludovici, & illius bona ab omni prætenso etiam legitimæ, ut relatis Testamenti verbis admittit eadem ultima decisio §. minusque.

Ex quibus descendentes Domini ad legatum Domus, & liberationis à quocumque debito Astorgio pariter factum à Ludovico in satisfactionem cujuslibet pretensionis, quæ sibi in bonis Ludovici legantis competere potuissent, non dubitarunt ex retentione bonorum legatorum etiam cum ipso compensationem inducunt fuisse, maxime quia illud undique lucrosam apparuit, tum ex dispositione partitarum creditum Ludovici, & respectivè debitum Astorgii continentium, ex quibus constabat debitorem remanere; Tum etiam ex Inventario bonorum Jo. Antonii, in quo pariter legitur descriptus debitor, & fortius ex ipsa approbatione Tabularum Tutelarium ipsius Ludovici præfate eundem Astorgii debitum, quæ cum ab ipso solemniter cor. Judice facta fuerit per hæc verba -- Io Astore Garganti Zio del suddito Ludovico ho veduto li sudetti conti, e li approvo. Constantia ex ejusdem iuribus veniens hanc veritatem amplius refricare non potest.

In nihilum obstitente responso, quod Astorgius interfuisset subscriptioni Tabularum tanquam Proximior Pupilli, & ad effectum satisfaciendi formæ à statuto Bononiæ inductæ, adeoque illas subscribens sibi minime præjudicaverit quoad jura propria, ex regula tradita per Peregr. de fidei. art. 40. n. 89. Card. de Luca de dot. disc. 33. n. 13. & ulterius potuisset se debitorem constituere, aliique eo quod creditum remitteret ad Text. in l. si cum dos, ff. de rer. anpot. Siquidem hæc omnia fortasse procedere posse dicebant Domini, ubi Astorgius simpliciter interfuisset exhibitioni librorum, in quibus fuisset dumtaxat descriptum creditum, vel debitum tunc enim per approbationem unius non irrogaretur præjudicium quoad alterum in libris non adnotatum; secus autem ubi, ut hic, tabulæ exhibet debitorum, & creditum distinctissime præferebant, & Astorgius eandem vidit, & approbavit, abique eo quod illas de errore redigerit, aut suum creditum præservaverit, hoc enim casu necessario dici debet revera se agnovisset debitorem, Mascard. de probat. conclus. 1225. in fin. Aflic. decis. 13. num. 13. Mart. Medic. decis. 84. nu. 5. Rocca select. disput. cap. 141. n. 13. & 14. & cap. 155. num. 9. 10. Rota

Rotam in Romana Fideicommissi 2. Maii 1693. coram R. P. D. meo Muro, cum aliis adductis in mea decisione, que revidetur §. fin. & per consequens relictum eidem à Ludovico factum tanquam undique lucrofum nulla specifica acceptatione indigere. Et ita utraque &c.

R. P. D. DELL'OLMO.

Toletana Jurispatronatus super Præstationibus Decursis.

Merc. 5. Junii 1695.

ARGUMENTUM.

Legatum cum certo onere relictum præsumitur verisimiliter quod Testator sine onere implemento non fecisset, adeo ut cessante causa legati cessare etiam debeat ipsum legatum in comprobationem Disc. XXXII. de Legat. Card. de Luca.

SUMMARIUM.

- 1 Testator annuus aliquid legans cum certo onere præsumitur verisimiliter quod sine onere implemento legatum non fecisset.
2 Cessante causa legati cessare debet, & ipsum legatum non fecisset.
3 Legatum censetur relictum intuitu oneris injuncti.
4 Causa finalis legati ea semper dicitur que respicit utilitatem alicujus Tertii, & non legatarii.
5 Si res legata totaliter sit per heredem implicanda, legatum non respicit legatarii commodum.
6 Ad effectum taxandi expensas in causam alimentorum insipientia est qualitas personalis percipere debentis, & loci ubi subministranda sunt.
7 Ad evitandum taxationem decimarum Legatum de irabi debent sumptus pro vidu, & vestitu cujuslibet Religiosi.
8 Si non implementum oneris provenierit ex culpa heredis legatarius adhuc onere non impleto consequitur legatum.
9 Dolus & negligentia excluditur si ex impedimentiis oppositis fuerit impeditus.
10 Clausula resolutoria in casu contrario remouent consentium ad actu.
11 Legatum non debetur nisi per Legatarium sit agnitione.
12 Fruitus Legati debentur à die obitus Testatoris quando tamen legatarius legatum accepit.
13 Legatum non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari.
14 Præsumptio acceptationis legati favore pie cause inducit locum dumtaxat sibi vendicat quando legatum est lucratiuum.
15 Si Legatum sit relictum pro opere pio quando ex aliquo impedimento opus perfecti non potuit fructus mediis temporis debentur loco Pio, n. 16. & 17.

DECISIO X.

Consulti DD. super præstationibus decursis annui legati ducatur 1200. per Thomam de Ottalora relictis Hospitalis S. Joannis Dei Villæ Matriti, de quo in alia decisione se. Me hac eadem die edita, responderunt illas non deberi dicti Hospitali, moti non minus ex natura ipsius legati, quam ex defectu acceptationis illius. Ex natura inquam legati, quia illud non est simplex, & abolutum, aut relictum in gratiam dei, sed est onerosum, & correspondit, utpotè factum intuitu, & contemplatione Operis Pii curationis Pauperum Infirmorum; Undè cum Hospitali, & illius Patres injunctum onus hæctenus non adimpleverint, sicque deficiat causa finalis, qua Testator fuit motus ad sic legandum, non debent Patres ad perceptionem decursorum admitti ob resistitiam voluntatis Testatoris, qui verisimiliter sine onere adimpleto d. legatum non fecisset l. Sejo amico 10. ff. de annui legatis l. quidam Reipublicæ 17. ff. de usu, & usufr. leg.

l. Alunne 30. §. Sejo ff. de adm. legat. Dec. conf. 485. n. 10. 11. Ruin. conf. 46. n. 3. & per tot. lib. 2. Galganet. de cond. p. 1. c. 15. Galpar. Ant. Thesaur. lib. 1. g. 86. nu. 6. 7. lib. 1. Antonell. de tempore legal. l. 2. c. 23. n. 14. Surd. de adm. tit. 5. q. 5. & tit. 18. q. 6. n. 11. Castill. de adm. lib. 8. c. 40. 41. Barry de success. lib. 17. tit. 19. nu. 4. post med. Pasqualig. de sacrif. nov. Leg. q. 1049. n. 1. & 8. tom. 2. Card. de Luca de legat. disc. 32. n. 15. vers. 4. Benintend. dec. ult. nu. 2. legati siquidem cessante causa, cessare debet & ipsum legatum l. cum Pater 77. §. Dulcissimis, ff. de legat. 2. leg. illi liberis, ff. de condit. & demonstr. Mantic. de conseq. ult. volunt. lib. 6. tit. 13. n. 14. 15. Surd. de aliment. tit. 3. q. 5. n. 2. Castill. eodem tract. c. 40. n. 1. & 10.

Nec dubitari potest quin relictum hujusmodi factum fuerit intuitu, & ad contemplationem prædicti operis; Quoniam ultra quod de jure legatum illius intuitu semper præsumitur factum leg. ne legatus, & seq. ff. de negot. gest. l. illis liberis in fin. ff. de condit. & demonstr. Gutier. de Tutel. par. 1. c. 22. n. 3. Surd. de aliment. tit. 8. privol. 23. n. 6. Castill. eod. tract. c. 40. n. 4. in fin. Card. de Luca de legat. disc. 22. n. 6. cessat omne dubium ex lectura Testamenti; cum enim Testator nullo modo repererit utilitatem Hospitalis, & Patrum, sed dumtaxat voluerit Sacerdotibus pauperibus, & verecundis honoratis in illorum infirmitatibus subvenire, sibi Item mando quod detentur in Hospitali S. Joannis Dei hujus Curie sex cubilia ad effectum curandi ab omnibus infirmitatibus ad rationem 200. ducatur. pro quolibet cubilo, que in servare debent pro Sacerdotibus pauperibus, & Pauperibus verecundis honoratis, & quatenus non ad sint utriusque, inserviant a cubilia pro quibusvis Pauperibus, & inter illos præservi debeant famuli, qui vixi forsan inservierunt sequitur per consequens, quod legati causa finalis sit commodum dictorum Pauperum, quoque illorum contemplatione Testator ita disposuit, quemadmodum semper sit, quando legatum relictum utilitatem alicujus Tertii, & non Legatarii l. Titio venium in principio ff. de condit. & demonstrat. Bartol. & Caltrren. in leg. 2. §. fin. ff. de donat. Tiraquell. in iradi. cessante causa limit. prima nu. 41. & 52. Mantic. de conseq. ult. volunt. lib. 6. tit. 13. n. 14. post med. Surd. de adm. tit. 5. q. 5. n. 3. & dec. 38. n. 5.

Et sensus iste magis confirmatur ex eo, quod hic versatur in legatis omnino correspondit, utpotè quia omni manutenedi sex cubilia, si non superat, saltem adæquabile emolumentum annuorum ducatur 1200. quo propter cum Hospitali, & Patres nullum ex illo valeant unquam sperare lucrum, in vanum opponitur, quod dictum legatum illorum commodum, & favore respiciat l. filius familias §. Marcellus ff. de legat. 1. Bart. in l. Pampilo §. Duas, ff. de legat. 3. Menoch. conf. 146. nu. 13. Arias de Mela lib. 2. var. c. 5. n. 29. Card. de Luca de legat. disc. 23. n. 13. vers. Tertiam ponderabam Benintend. d. dec. ult. n. 7.

Quin assumpti efficacia elidi valeat ex prænta excessivitate emolumenti ducatur 200. pro quolibet cubilo deducta ex eo quod in minori sum. ducatur 100. alterum ex illis manuteneri possit uti agnovit Eminent. Camerarius, qui occasione exemptionis Decimarum Papalium taxavit expensam pro manutentione cubilibus infirmi in annua summa fuit 40. Quia cum ad effectum taxandi expensas præcipue in causam alimentorum potissimum insipientia sit qualitas personalis percipere debentium, & loci, ubi subministranda sunt, ut ceteris adductis dixit Rot. in Bonon. Dotis, & Anesari super negotio principali 6. Aprilis 1696. §. fin. cor. R. P. D. Muro, utique annua summa ducatur 200. qui constant fuit 116. monetæ dici non potest exccitavit pro manutentione, & curatione Sacerdotis infirmi facienda in Regia Villa Matriti, in qua regulariter omnia magis rigoroso pretio venduntur, ut etiam concordant Testes in Sum. Exequutorum n. 15. nec restat præallegata Taxat Eminent. Camerarii in fuit. 40. annuis, tum quia fe refert ad omnia Hospitalia, que Religio ista possidet in tota Hispaniarum Provincia, & Proinde attendenda non est in loco particulari Matriti, tum quia non percipit præcise expensas Infirmorum, cum quas detrahi mandavit in sua Epistola Eminent. Camerarius, se cadit super sumptibus pro vidu, & vestitu cujuslibet Religiosi, quas ad effectum evitandi Taxationem Decimarum Papalium detrahendos evitand Taxationem Decimarum Papalium detrahendos evitand taxatorem Belenzin. de carit. subsid. qu. 38. & 7.

68. Monet. de Decimis c. 9. q. 1. n. 31. & seq. Nec subsistit, quod impedimentum executionis Pii Operis provenierit ex facto Bernabei, & Exequutorum præcedendo

dendo Juspatronatus, & propterea cum per eisdem Patres non fiteret, qui minus legatum adimpleverit, debeant nihilominus ad illius perceptionem admitti leg. si Titio 95. ff. de leg. primo, Menoch. conf. 146. nu. 31. vers. secundum casus Pasqualig. de sacrif. nov. leg. queff. 1032. num. 8. 10. 2. quoniam tantum abest, quod præfati Bernabei, & Exequutores sint in culpa ex non adimplemento d. Operis, ut potius illa adscribenda sit perniciosa d. Patrum, qui postquam fuerint legatum acceptare, & postquam Judices in partibus pronunciarant super facultatibus revidendi, voluerunt semel, atque iterum appellare, donec ex eorum facto Causa utique ad præfens protrahita fuit, ex quibus omnibus quamlibet Exequutorum culpam penitus excludi habebat ex cap. fin. ibique cons. 146. n. 31. Rota coram san. me. Alex. VIII. dec. 110. n. 12. & 13. & in rec. decif. 158. n. 12. par. 13. & dec. 534. n. 13. par. 14. & dec. 320. n. 13. par. 17.

Ex defectu vero acceptationis d. legati DD. dixerant illius præstationes decursas non deberi, quia cum d. PP. fuerint requisiti ad instantiam Exequutorum de Mandato Visitatoris, an vellent legatum acceptare, deliberarunt illius acceptationem, quatenus tamen stipulatio Instrumenti fieret cum pacto, quod officium Revisoris nullum importaret Jus honorificum, sed solum tribueret facultatem pro unica vice revidendi, an fuerit facta dotatio alias fuerunt protestati quod dissentire stipulationi d. Instrumenti dotationis. Quod sanè pactum cum sit omnino contrarium, nemum Sententis in partibus promulgatis, sed etiam resolutionibus Rotalibus, que d. facultatem revidendi prorogant durante vita Bernabei insinuat quantumque acceptationem per eisdem Patres emissam signarent ob clausulas resolutivas, que in casu contrario remouent consentium ab actu, Glof. Bald. & alii in l. siquidem de exceptionibus Barbol. de Clausul. 81. n. 4. & seq. Rot. decif. 213. num. 6. & 7. par. 19. recent. & per consequens operatur etiam quod præstationes debite non sint cum legatum non debeatur nisi per Legatarium sit agnitione leg. si tibi homo §. Cum servus ff. de leg. 1. Molin. de Hispan. Primogen. lib. 1. cap. 12. n. 14. Mantic. de conseq. ult. volunt. lib. 7. tit. 10. n. 31. Thelaur. queff. forens. 25. nu. 14. lib. 4. Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. queff. 1088. n. 2. in fin. Card. de Luca de legat. disc. 28. num. 2. & decif. 29. pariter n. 2. Surd. decif. 26. n. 2. & dec. 269. n. 2. nec intrant regulae, quod legatum rella via transeat in Legatarium, quodque fructus legati debeantur à die obitus Testatoris, quia intelligitur quando idem Legatarius legatum acceptavit, ut subdit Mantic. de conseq. ult. volunt. lib. 7. tit. 10. n. 31. & seq. Bart. dicit in 27. n. 4. ad med.

Abique eo quod acceptatio argui valeat, tum ex petitione, & instantiis factis pro consecutione legati, tum ex quo cum agatur de legato relicto Ecclesiæ, illa intelligatur facta stipulante Deo citra aliquam humani Operis necessitatem; Nam primum cessat ad exclusionem revisionis in præjudicium Bernabei non possunt aliquid acceptationem inducere ex regula, quod legatum non potest pro parte acceptari, & pro parte repudiari leg. Legatarius ff. de legat. 1. leg. Nominem cum seq. ff. de legat. 2. Card. de Luca de legat. disc. 28. n. 7. & disc. 43. n. 2. Secundum vero non applicatur in præfenti hypotheti, quia cum ex firmatis legatum sit onerosum, & correspondit, præsumptio acceptationis favore pie Cause inducitur destruitur, cum locum dumtaxat sibi vindicat, quando legatum est lucratiuum, ut distinguit Card. de Luca de leg. d. disc. 28. n. 5. Rot. cor. Rot. dec. 314. n. 21. & in recent. dec. 280. num. 8. & seq. par. 12. & alii plena manu consentis in Romana Donationis 14. Maii 1685. §. Frustra cor. clar. mem. Card. Mattheo.

Hæc quo ad resolutionem dubii præpositi quia verò DD. ulterius ponderabant Testatorem insinuat heredem Animam suam, omniaque ejus bona mandasse erogari inter Pauperes abique eo quod designaverit modo quo id fieri debuisset præter jam superius enarratum sex Cubilibus cent fuerunt ideo hujusmodi præstationes decursas erogari posse per Exequutores in aliis sex Cubilibus separatis, que manuteneri debeant tot annis, quod sunt dictæ præstationes decursas, cum ita consensum sit voluntatis Testatoris eodem modo quo opus ab iplo mandatum fuisset à principio adimpletum, Rot. cor. Peutinger. dec. 176. num. 11. sic enim prædicatur in legato Misarum annuarum, quoties per aliquos annos illarum celebratio fuerit omnia, Tamb. de Sacr. mis.

Decisio ad Theatr. de Luca Vol. II.

lib. 3. cap. 1 §. 3. n. 86. & 88. Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. qu. 1085. & seq. tom. 2. & pariformiter in legato relicto pro construendo Monasterio, vel alio pio opere, quando ex aliquo impedimento constructio perfecta non fuerit; nam tunc fructus mediis temporis debentur d. Monasterio, sed Operi Pio c. Nos qui demerito de Testam. leg. si tit relictum 16 §. Pegasus ff. de legat. 2. glof. ibique in verb. sine diminutione, Abbas n. 7. Joan Imol. n. 16. Fagnan. n. 8. Bald. consil. 57. Mantic. de conseq. ult. volunt. lib. 7. tit. 10. sub n. 10. vers. Et hoc deducitur, Gratian. discip. forens. cap. 358. nu. 15. & seqq. & cap. 400. n. 35. Rota dec. 682. man. 3. adm. dec. vers. cois fortioribus terminis par. 2. rec. Et ita utraque, &c.

R. P. D. URSINO.

Savonen Alimentorum.

Merc. 5. Decembris 1685.

ARGUMENTUM.

Legatum alimentorum Pauperi Proximiori relictum est de Jure præstandum ei qui de ejus dicitur paupertate, que continuare præsumitur donec hæres concludenter contrarium probaverit; hæres autem primò venientis cursum paupertatis probatione valet legatum perolvere, adeo ut etiam deinde Proximior qui magis fit attinent Testatori commariter non valet heredem ad reiterata Legati solutionem compellere per ea que præcise firmavit Card. de Luca de Legat. disc.

SUMMARIUM.

- 1 Paupertas postmodò semel probata, & inter Partes admittitur censetur continua donec, & quoque non probetur causa extrinseca ex qua sequi poterat completatio.
2 Voluntas Testatoris est pro lege servanda.
3 Et formaliter, ac præcise per hæredes adimplenda.
4 Dicitur item de sui natura est augmentativa & novam induit dispositionem a præcedenti distinctam.
5 Paupertas non præsumitur propter culpam evenisse nisi concludenter probetur.
6 Clericus debet à mechanicis artibus se abstinere.
7 Pro alimentis præteritis non competit via executiva.
8 Limita quoad alimenta petita in principio litis & lite pendente decursa.
9 Judex ad quem potest ex vi clausule quam, & quas prout in prima procedere contraria sententia etiam non revocata.

DECISIO XI.

Mandatum executivum, quod adversus Deputatos Oratorii Sanctissime Annunciate Burgi Finarii relaxari prætendebat Carolus Cæsar Metellus, pro alimentis tam nomine proprio, quam Jure hæreditario Placide Matris, ejusque Fratrum prædefunctorum, Rota cor. me sub die 4 Julii proximi præteritis in omnibus denegavit, existimans profusum injustum esse illorum petitionem, verum hodie per concessionem novæ audientie restaurato super eisdem examine, ac mutata serie facti, in quo non valet Judex ex officio supplere Domini non parum dubitatur de viribus dictæ decisionis, cumque fuissent inter fe omnino discordes, quoad alimenta ante motum litem decursa, & à Cæsare petita, tam ex sui propria persona, quam Placide Matris, & fratrum, in id concordi deliberatione convenerunt; scilicet eidem Cæsari jure proprio deberi alimenta à die motæ litis. Ideoque pro his decreverunt relaxandum fore mandatum, & quo ad hanc partem reformandam esse decisionem; Censuerunt, inquam, Cæsari à die motæ litis deberi alimenta ex propria persona; Etenim perpenso hodie non separatum, sed conjunctim toto contextu, & tenore dispositionis Testamentariæ conditæ ab Alexandro Sevizzano, una cum ordinationibus de eisdem mandato à Carolo Angelo ejus fratre, & herede fideiuciaro successivè contractis; & publicatis, facti sunt certiores eundem Cæsarem

tem in utriusque his documentis fundatam habere suam intentionem, & vigore illorum recta via agere posse adversus supra memoratos Confratres Oratorii uti administratores hereditatis Sevizzano pro consequendis exinde alimentis decurris. Quandoquidem Alexander Testator in eius ultimo elogio expresse gravat Deputatos dictorum Confratrum, ut septem octavas partes fructuum, & reddituum sue hereditatis erogent, & distribuunt in sublevationem & auxilium pauperum Finariensium, & in primis pauperum agnatorum descendendum a Lazaro Patro suo, ut pure necessarii non careant, possintque studii incumbere, & virtutes adipisci, & femina honeste nubere, vel moniales fieri. Post dictos agnatos, mandat, ut eadem ratio habeatur pauperum agnatorum descendendum a Jo. Andrea Sevizzano fratre dicti Lazari, Item, & cognatorum omnium, quibus tamen omnibus respectu dotium tam spiritualium, quam temporalium, & respectu studiorum, voluit, ut aliunde suum querant remedium quam ab hereditate sua: Exceptis his qui fuerunt secundo gradu agnatorum ex dicto Lazaro tunc temporis futurorum, qui sunt sororum filii, & filia, & non ultra dictum gradum, & post hoc omnium Pauperum Finariensium, ut sunt verba praeclara Testatoris, ordinationes autem heredis de iusto Testatoris confecta famulando praefatae dispositioni Testamentariae, distinctis declarant qui nam sint pauperes primae classis, & quomodo juxta mentem Testatoris veniunt subveniendi, quique secunda, & tertiae classis his verbis *Alli poveri della prima classe, che sono gli agnati descendenti dal solo Signor Lazaro Sevizzano, si provvederà alle loro precise necessità moderatamente: E di più se ajuteranno à mantenere i lor figlioli à studio per imparare qualcheuna delle sette arti liberali, come la Teologia &c. per due, ò tre, quattro, cinque, ò sei anni al più &c.* Et deinde inferius in cap. 10. dicitur di quello avanzerà alli poveri della seconda ne puri loro bisogni corporali parcamente accio non patiscano, e possono vivere, ma per maritarsi, monacarsi, studiare, e riscattarsi si provvegano d'altronde, e non dall' hereditate del Signor Alessandro. Ecce però li figlioli, e figliole delle dette tre nostre sorelle. E li figlioli, e figliole di Placida &c. Quibus sic stantibus dispositionibus, cum dictus Caesar Merellus Finariensis descendat à Lazaro sen. mediantes persona dictae Placidae cujus est filius, ut talis tamen cognatus sit ex mente ejusdem Testatoris cognatus, & comprehensus inter agnatos primae classis juxta litteralem declarationem heredis fiduciarii contentam in c. 10. superius relato, cumque ille desuper de tempore praeterito Pauper probetur ex geminata confessione ab ipsemet deputatis emissa tum in subministracione alimentorum eidem, ut pauperi facta de annis 1648. 1649. & 1653. tum in constitutione patrimonii quam eidem destinaverant faciendam anno 1658. & nunc, & in eodem paupertatis statu justificetur ex presumptione juris juxta quam paupertas potest fieri semel probata, & inter partes admissa censetur continuata donec, & quousque ex adverso non probetur causa extrinseca, ex qua sequi poterat locupletatio, secundum doctrinam Zabarella, in cap. unico extra de fructu. in 6. quam late comprobat Pacian. lib. 1. cap. 54. n. 27. & Bol. dec. 19. 5. n. 5. & 6. post Tot. de pact. futur. success. Negari utique nequit quin idem actor habuerit, & habeat omnes qualitates ad hanc effectum requisitas à Testatore, quodque per consequens nullo jure excludi nunc possit ab alimentorum subsidio, seu oblectamine assistente ei litterali Testatoris mentis, quae pro lege est servanda vulg. *G. auben. de nupt.* quaeque ab executoribus formaliter & praesertim adimplenda venit ex test. 6. in cap. ultim. 13. q. 2. l. in his ff. de condit. & demon. Hoc igitur positum de per se corrui potissimum fundamentum prioris decisionis, quod scilicet praestatio, seu subministratio alimentorum à Testatore, ut supra demandata non fuerit indefinita, & indefinita, sed limitata ad tempus studii, adeoque, cum dictus Caesar fuerit in studiis per plures annos subventus, legatum utique alimentorum si ve illorum subsidium ex tunc omnino cessaverit.

Siquidem actor à die motae litis usque in praesentem non petiit neque peti alimenta causa studii, quae fuerunt per Testatorem restricta ad certum tempus, sed alimenta ad sustentationem vite, quae ultra necessarias expensas pro studiis & dotibus perpetuo, & indefinitè praestari iussit idem Testator pauperibus agnatis primae classis, & secunda, nec non filiis feminarum agnatorum cujuscumodi est dictus Caesar, ut constat ex ordinatione heredis supra relata. in c. 9.

ibi: si procederà alle loro precise necessità moderatamente; e di più se ajuteranno i loro figlioli à studio quae dispositio cum indefinita, & indefinitè continet alimenta ad sustentationem vitae, nullo modo restringitur ex subsequenti particulari provisione facta pro mantenendis filiis in studio cum haec non flet restrictiva, sed augmentativa et attenda potissimum dictione illa e di più latine item quae de sui natura est augmentativa, & novam inducit dispositionem à praecedenti distinctam juxta text. in l. si sic loquatur 13. & l. si tibi pure legovero 52. ff. de legat. 3. & tradunt Surd. conf. 274. n. 16. & Rot. dec. 230. num. 2. par. 8. recent. & decif. 186. num. 8. coram Emin. Card. Cerra.

Neque plus valet quod dictus Caesar subventus in studiis parum aut nihil profecerit ex propria ejus culpa, si ve defidia, & nunc ex eadem causa paupertate prematur; ideoque subventionem amplius non meretur tanquam indignus & connumeretur inter personas inertes, & desidiosas quas perpetuo, & expresse Testator excludit à dicto subsidio, atque fraudulentas, & indignas praesumit easque mancipia carnis appellat, ut advertit praeterita hujus causae decisio in §. testator enim.

Et enim quicquid sit de hac inspeccione respectu subventionis causa studii praestanda, de qua modo non agitur, indubia fuit visa quod respectu subministracionis alimentorum ad sustentationem vitae super qua praesens cadit quaestio attendi non debeat juxta leges à testatore praescriptas an pauper agnatus in studiis profecerit necne? sed dumtaxat an ille necessarius careat, & re vera sit Pauper, qualis probatur praefatus Caesar Marcellus, cujus inopia, & egestas dici non valet fraudulenta & culposa, non solum quia in contrarium stat juris praesumptio, secundum quam in dubio fraus, & culpa ab omni actu censetur abesse, donec ab allegante probetur quod dicta paupertas contigit solam p. opter culpam nec potuisset aliter contingere, nisi culpa intervenisset juxta notat per Glos. in l. si quis ex argum. tarius §. final. ff. de edend. & iudic. per Surd. in conf. 228. n. 16. Alexand. conf. 47. n. 7. vers. 4. confirmatur lib. 6. Surd. conf. 12. n. 20. & in specie Fagnan. in cap. Odoard. n. 14. & sequen. de solut. & Card. de Luca decreti. disp. 119. num. 21. & Rot. 185. n. 18. & coram Bich. fed omnis Culpa suspicio ad abundantiorum cautelam multatim removetur, ex eo quod supra dicta Actoris paupertas dignoscitur hereditaria proveniens à Placida Matre, quae tanquam pauper ab ipsemet putatis admittit fuit ad hoc alimentorum subsidium, tum ex eo quod d. Caesar cum esset Clericus, & mechanicis artibus incumbere non possit resistere dispositione Sac. Can. de qua in cap. 1. & per tot. tit. de Cler. vel Monac. & in Clem. 1. de vita, & honestat. Cleric. nec etiam valet, tamen si hujus rei quam maxime cupidus in aliquas, ex liberalibus artibus proficere; seu Altari, & Ecclesiae fe mancipare ex factis ipsius Confratrum qui pluris requisiti voluerunt: necessaria subministrare, cum quibus liberales artes potuisset addiscere, neque demum patrimonium pro sacris ordinibus suscipiendis voluerunt liberè constituere, ut constat ex Summ. num. 5. litter. E. & num. 6. unde si quae culpa, seu negligentia considerabilis est in Caesaris paupertate, haec tribui potius debet Confratribus, quam dicto Caesari.

Tum denique, quia de tempore praesenti praefatus Caesar septuagesimum annum excedit, sicque multis ab hinc annis sine culpa in statu paupertatis, proculdubio dicitur esse propter gravem aetatem ad quaecumque ministeria incapacem quam ipsemet Testator immunem à quacumque fraude, seu culpa praesumit in cap. 8. dato in Sum. Deputatorum num. 12.

Tandem nihil turbat obiectio, quod pro alimentis in praeteritum decurris, & modo decurrentis, vel nullo modo competat via executiva juxta notata per Surd. de aliment. tit. 8. privit. 60. n. 15. & Sperell. dec. 138. n. 45. p. 2. recentior. vel si quae competat vulnerata remaneret per sententiam abolitoriam Metropolitanam Mediolanen. lata favore Deputatorum; Siquidem cum modo deberi non decernatur nisi alimenta à die motae litis exequutive petita, haec utique tamen à tempore introducti iudicii, ique ad relaxationem mandati propter hujus litis praestolationem in considerabili summa decursa fuerint, adhuc non veniunt sub nomine alimentorum praeteritorum, sed dicuntur alimenta futurae, ut dicit idem Surd. in obiectio allegatus ubi supra n. 16. Lanell. de attent. par. 2. cap. 12. limit. 24. n. 8. Caesar. Manent. decif. 30. n. 8. & Rota decif. 118. l. 1. cor. 8. Verall.

Verall. & dec. 15. nu. 115. dec. 71. numer. 29. & dec. 250. n. 28. coram Bich. & per consequens, sine dubio pro illis co neta via exequutiva, quae licet aliquo modo vulnerata remaneret per intermediam sententiam Metropolitanam, non dicitur tamen uide ad interveria, quominus confisio de iustitia petitionis non valeat Rota vigore clausulae, quam a, & quas inserta in commisione mihi directa, tanquam in prima procedere, & mandatum ex integro relaxare, cum effectus hujus clausulae sit, ut Iudex facultatem habeat procedendi, prout in prima, contraria sententia, etiam non revocata, ex traditis per Marofcort. var. resolut. lib. 1. cap. 20. nu. 6. & Rota dec. 12. nu. 4. par. 8. & dec. 339. nu. 3. p. 18. & dec. 140. nu. 6. par. 19. rec.

Et ita partibus hincinde auditis resolutum fuit &c.

R. P. D. URSINO.

Savonien. Alimentorum.

Ven. 19. Decembris 1694.

Argumento non indiget ob Decisionis brevitate & illud in praecedenti reperitur.

S U M M A R I U M.

- 1 Legatum relictum favore Proximioris non potest a Remotiore interverti.
- 2 Legatum annuum relictum Pauperibus Proximioribus si fuerit distributum Remotioribus, Proximior pretendere nequit praestaciones distributas nisi doceat heredem fuisse in mala fide constitutum, & num. 3.

D E C I S I O XII.

Alimenta a Clerico Carolo Caesare petita ad formam dispositionis Alexandri Testatoris ejus Agnati debent tantum ex persona propria a die motae litis, Rota respondit coram me sub die 5. Decembris 1685. reservata particulari disputacioni indagine quaestiois super alimentis praeteritis ex jure, & titulo hereditario Placidae Matris, & Fratrum Praedefunctorum, ita moderando iudicium alias tentum sub die 4. Julii 1685. in qua fuerat utraque petitio rejecta; Hodie autem restaurata disputacione, tam super resolutis, quam quo ad reservata, PP. steterunt in ultimo loco decimis, & circa reservata in primo loco resolutis.

Quo enim ad alimenta Carolo Caesari ex propria persona a die motae litis competita nulla, vel modica cadebat haereditio, cum super illis expressam habeat Juris assistentiam manantem tam a dispositione Testatoris, qui voluit certam suorum bonorum ratam distribui in Pauperes propriae Agnationis, quam ab ordinationibus Caroli Angeli heredis fiduciarii ad id instituti, qui explicitè dividendo classes in Prima Pauperum Agnatorum collocavit filios Placidae, sique, & hodiernum Actorem, cum per consequens rite decernendum mandatum pro alimentis jure proprio a die motae litis ei debitis, ut appositè fectis contrariis animadvertit postrema decisio mea in §. primo per tot.

Assumptum hujusmodi, quod in fe nullam pati videbatur discutulam, nec minus turbati DD. crederent ex concursu Annæ Mariæ, aliarumque filiarum Caroli Angeli Sevizzani Jun. quae noviter dicebantur ad causam admisse nam cum ex arbore, quae praeserebatur appareret illas esse longo gradu remotiores Carolo Caesare, & alias ex voto Testatoris debeat in praestacione alimentaria prelatio proximioribus juxta declarationem heredis fiduciarii datam in bodiero Sum. n. 7. hinc istae non valent impedire jus Actoris quia à Testatoris volito desumit potentioritatem ad Text. in l. ambiguitatis 24. in fin. C. de Testat. exornatum acap. de execut. lib. 3. cap. 5. art. 1. tit. 10. cap. 11. nu. 65. & seq.

Sic itaque firmato iudicio, quo ad resoluta DD. in reservatis amplecti sententiam primae decisionis in causa coram me emanatae, quod nempe Carolo Caesari nulla competat actio pro alimentis Placidae Matris, & Fratrum Praedefunctorum, sicut nec minus pro aliis ante motam litem decurris; nam cum ex Testantis mente fructus suae hereditatis debeant in Pauperes distribui, & isti annuatim ex

attributione Ordinarii Savonien. probentur erogari in usus pios a disponente volitos, frustra contendeatur illorum assignatio ad commodum Actoris, cum ipso tunc urgente fuerint juridico Executorum arbitrio consumpti, & in alios Pauperes Agnatos divisus, prout juxta erat, ex quo perinde omnis admittitur actio pro eorum repetitione, cum sibi imputare debeat Carolus Caesari si debito tempore ipse ejusve Actores non interpellavit Executors, ut assignationem facerent, qui non moniti fuerunt in bona fide, & legitime valuerunt aliis pauperibus tunc urgentibus redditus distribuere, ut bene perpendit primae Causae decisio circa med. & in §. sequenti; Idque efficacius militat animadvertens causa finali, ob quam Testator demandavit assignationem faciendam, quae cum unice fuerit, ut necessarii ad vitam non careant, juxta declarationem etiam heredis fiduciarii, ibi. Si procederà alle loro precise necessità moderatamente. Hinc fit, ut fuerit etiam demandata sub certo tempore, & certa conditione, quam non valuit Exequutoribus innotescere, nisi interpellatione illorum, qui sibi subventionem debent praestabant, cum alias opinari valuisset necessariis ad vitam non carere, ob idque non concurrere ad praestacionem alimentorum, si ergo monitio haec non fuit facta, & Auctores Caroli Caesari, ac ipsemet Carolus Caesar Executors non pulsavit, legitimo titulo valuerunt istis in alios consimiles usus redditus hereditarios erogare, ut firmat laudata mea decisio, & patet ad sensum.

Et ita altera tantum &c.

R. P. D. CAPRARARA.

Perusina restitutionis Dotis

Merc. 26. Junii 1697.

A R G U M E N T U M.

Vir si aliquo fecerit legatum favore Uxoris non censetur voluisse debitum compensare secundum firmata per Card. de Luca de Legat. Disc. XL. & contraria volumus non inducitur ex institutione in usufructu cum verbis quae in sumario leguntur.

S U M M A R I U M.

- 1 Ex legato factio per virum favore Mulieris non censetur vir voluisse compensare debitum dotis.
- 2 Eisi Testator injunxerit uxori in usufructu instituta solutionem ejus debitorum & quatenus ipsa non possit ordinaverit quod illa solvere deberent heredes.
- 3 Haeres usufructuarius non tenetur ad solutionem debitorum ex fructibus, sed tantum pati distracionem capitulis ut illa dimittantur.
- 4 Ex non factio heredis, vel executoris voluntas Testatoris declaratur.
- 5 Ex dilectione viri erga uxorem oritur argumentum pro exclusione compensacionis dotis cum legato eidem uxori relicto.
- 6 Exceptiones requirentes altiore indaginem non admittuntur in iudicio executivo & privilegiato restitutionis dotis.

D E C I S I O XIII.

Domini censuerunt Mandatum ab A. C. relaxatum pro restitutione Dotis Comitissae Alphonssinae de Raineriis favore illius Fratrum haeredum contra Bona haereditaria Tiberii Meniconi esse exequendum, quia controversa est illius validitas, & iustitia relictat ex publicis Instrumentis tam promissa, quam soluta Dotis scaturum 4000. quae cum sit munita obligatione Camerali paratam habeat executionem tam contra Heredes, quam contra Bona haereditaria Debitoris, ut in specie dixit Rota dec. 161. nu. 1. p. 6. recent.

Non obstat, quod Alphonssina fuerit de credito dotali satisfacta fructibus Bonorum haereditarium Viri ab ipsa perceptis spatio sex annorum quibus Marito super-vixit, necnon ex mobilibus, quorum rationem non reddidit: quoniam quoad fructus, isti non sunt in satisfactio.